



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sectio I. Vtrùm gratia realiter distinguatur à charitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

VIII. Gratia non creatur, sed adicitur ex potentia animæ. Postremò inquiri solet, utrum gratia educatur ex animæ potentia, tanquam subjecti, an verò creetur. Vega in Trid. lib. 7. cap. 17. nonnullos secutus ex antiquis Theologis, vult eam creari. Sotus in 4. d. 1. q. 3. art. 1. & Cajetanus 1. 2. q. 112. art. 1. asserunt nec creari eam proprie, nec educi, sed concreari. Vera tamen sententia est, quam modo sequuntur recentiores communiter, gratiam scilicet nec creari nec concreari, sed ex potentia animæ educi, sicut lux aut frigus ex aëris vel aquæ potentia educuntur: ita Bellarminus lib. 2. de Sacramentis in genere cap. 12. Valentia hic q. 4. puncto 2. Suarez tomo 3. in 3. partem d. 9. sect. 1. Tannerus hic Disp. 6. q. 4. dub. 2. & alii. Ratio est, quia gratia non minus est accidens, quàm alia accidentia, & consequenter esse ejus est inesse, sicque non minus inherere petit

subjecto, quàm illa, & ab eodem subjecto dependere, sed hoc est educi, ergo. Unde & Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 7. & can. 11. ait gratiam inherere, & recipi in animâ.

Tandem circa gratiæ productionem notandum, creationem duplicem esse, physicam & moralem: de physicâ jam diximus, & per illam explicari potest moralis; sicut enim creatio physica illa est, qua aliquid producitur, subjecto physicè ad illud non concurrente, ita creatio moralis est, qua res aliqua fit sine concursu morali ejusdem subjecti, id est nullis præcedentibus meritis: quo sensu gratia subinde dicitur creari, & homo nova creatura: quia sicut homo factus primò est ex nihilo physicè quoad naturalia, ita & modò moraliter quoad supernaturalia.

IX. Creatio duplex, physica & moralis.

Cur Gratia interdum dicatur creari, & homo nova creatura.

DISPUTATIO CXXV.

De distinctione Charitatis & Gratia.



HOC unum restat circa naturam gratia isthic inquirendum: alia enim de quibus à nonnullis hic disputari video, ut, An gratia per quodlibet opus bonum, quantumvis remissum augeatur: An per omnem actum meritorium augeantur omnes habitus infusi, & utrum equaliter; An gratia habeat terminum suæ intensiōnis, & alia hujusmodi: hæc inquam, commodius discutientur in materiâ de Charitate, dum de illius augmento, ubi eadem operâ de Charitate & Gratia hanc questionem solvemus, cum eadem serè sit ratio utriusque.

SECTIO PRIMA.

Utrum Gratia habitualis realiter distinguatur à Charitate.

I. Et possibile est habitus Charitatis à Gratia distinguatur.



N hac questione nihil certi afferri potest: Primò itaque, si loquamur de possibili, nulla videtur repugnantia, ut detur habitus charitatis Theologicæ, quæ non solum ad actus amoris Dei eliciendos ordinatur, sed etiam ad hominem justificandum, sicque simul sit forma sanctificans. Deinde nulla etiam apparet repugnantia, ut hæc munera distinguantur, sitque una qualitas, quæ ordinatur tantum ad sanctificandum formaliter naturam rationalem, alia cujus adæquatum munus sit, esse principium actuum amoris. Utrum autem charitas & gratia, quæ de facto infunduntur, hoc modo distinguantur necne, planè est incertum, solisque agi potest conjecturis.

Possibile est etiam esse hujusmodi habitus à Gratia distinctus.

II. De facto vero videtur Charitatem à Gratia realiter distinguatur.

Omnibus itaque perpensis, probabilius mihi videtur charitatem de facto distinguatur à gratia: ita Suarez lib. 6. de gratia cap. 12. num. 1. ubi plurimos pro hac sententia citat, quam etiam docet S. Thomas 3. contra gentes, cap. 150. & 151. & q. 27. de veritate art. 2. quem sequuntur Thomista, Capreolus, Cajetanus, Medina, Ferrara cum

aliis: tenet etiam S. Bonaventura, & alii non pauci. Idem affirmat Tannerus hic, Disp. 6. q. 4. d. 2. Valentia 1. 2. Disp. 8. q. 2. Amicus hic, Disp. 29. sect. 3. num. 58. cum aliis.

Hæc sententia (sicut nec contraria) ostendi clarè nequit ex Scripturâ & Patribus, utpote qui ambigè satis hac in parte de gratiâ loquuntur. Ratio itaque probabilis est, quia cum non sit impossibilis charitas distincta à gratiâ, non est cur non dicamus de facto hoc modo distinguatur, tum quia Fides & Spes à gratiâ distinguuntur, tum quia nullum est urgens fundamentum, nec ab auctoritate, nec à ratione ad illas identificandas, ut videbimus: tum denique, quia nullum sequitur inconveniens si ponantur distinctæ: tandem quia in rebus naturalibus, ubi una non est de conceptu alterius, nullaque urgens ratio in contrarium, solent eas Philosophi distinguere: sic unio plerumque distingui solet ab actione eductivâ formæ, ubicatio à duratione, & alia hujusmodi.

Imò, quod etiam vim suam habet, Scriptura, Concilia & Patres subinde loquuntur de iis ut distinctis: sic enim 2. ad Corinthios 13. num. 13. dicitur Gratia & charitas sit cum omnibus vobis, & 1. ad Timotheum 1. Superabundavit gratia cum Fide & dilectione, quæ est in Christo IESU. Sic etiam Concilium Tridentinum sess. 6. can. 11. damnat eos, qui dicunt nos justificari sine gratiâ & charitate, S. etiam Augustinus lib. de gratiâ Christi,

III. Ratione ostenditur probabilis esse Gratiam distinguatur à Charitate.

IV. Scriptura, Concilia, & Patres de Gratia & Charitate sæpè loquuntur, ut de distinctis.

cap. 30. ait charitatem diffundi per gratiam. Concilium item Viennense docet: probabiliter esse parvalis in baptismo infundi gratiam & virtutes: & Tridentinum cap. 7. justificationem fieri ait per susceptionem gratia & donorum: quorum unum est habitus charitatis: est enim vera virtus: cum orgo; ut videmus; loquantur de iis ut distinctis; conformius illis est; ut gratiam & charitatem distinguiamus; si una non sit necessario de conceptu alterius; ut manifestum videtur non esse; & jam ostendam.

Quod ergo charitas non sit de conceptu gratia; nec contra; probatur; habent namque munera divinitissima; & quorum unum nullo modo involvitur in ratione alterius; sicut enim adequatus conceptus Fidei est reddere hominem potentem ad credendum; Spei potentem ad sperandum; & sic de aliis; ita & conceptus adequatus charitatis est reddere eum potentem diligere Deum. Confirmatur: hic siquidem conceptus; esse scilicet hominem potentem ad diligendum Deum; non est conceptus sancti & iusti; cum etiam peccatores hic in via sint potentis ad eliciendos actus contritionis; & ad Deum super omnia diligendum. Neque hoc in peccatoribus solum fit per assistentiam extrinsecam; sed secundum valde probabilem sententiam per auxilium fluens intrinsecum; ergo confluentur per illud iusti; quod enim hoc auxilium sit fluens; habitus autem charitatis permansens; nihil vel conducat vel obest conceptui sanctitatis si aequaliter habeat hoc quod est constituere hominem potentem diligere Deum; cum nulla sit repugnantia; quo minus possibilis sit gratia habitualis; unio hypostatice vel viso beatifica fluens. Imo sequeretur per ipsam assistentiam extrinsecam constitui hominem sanctum; licet modo minus aliquantulum perfectum; quam per habitum charitatis; si conceptus sanctitatis in eo consistat; ut quis sit potens Deum diligere.

71
V. 114
Gratia & Charitas
munera habent divinitissima; sicut una non est de conceptu alterius.

Peccatores habent hoc quod est posse diligere Deum super omnia; ergo in hoc non est situs conceptus sanctitatis.

tom Deo; &c. ut Ego diligentes me diligo; & alia hujusmodi. Tertio; hoc quippe modo loquuntur interdum Patres; sic enim S. Augustinus lib. 15. de Trinitate cap. 18. ait hulum esse isto dono Deo excellentius: & de natura & gratia cap. 42. Charitas inquit; est verissima; plenissima; perfectissimaque justitia. Eodem modo loquitur S. Gregorius homilia 38. in Evangelium; ubi ait gratiam esse vestem nuptialem; & ut alia omittam; clarissime sanctus Prosper lib. 2. de vita contemplativa c. 13. Charitas; inquit; est mors criminum; vita virtutum; anima sanctitatum; meritum; in peccatis suis mortuorum suscitatur. Tandem Concilium Tridentinum in justificatione docet hanc tria infundi; Fidem; Spem; & Charitatem; nam Fides; inquit; nisi Spes adcedat & Charitas; vivum Christi membrum non efficit; ergo juxta Concilium Charitas est ipsa forma justificans.

Sed hanc nullo modo probant intentum. Ad primum itaque respondetur hic esse necessitatem entitates hanc distinguendi; cum nec gratia sit ex natura & conceptu suo operativa; nec charitas ipsa apta justificare. Deinde idem ferme quoad hoc est ponere duas entitates parciales ac unam totalem utriusque in parte equivalentem.

Ad secundum dico Scripturam & Patres ut plurimum loqui de charitate seu dilectione actuali; si quando vero sermo apud ipsos sit de charitate habituali; loquuntur vel de charitate formata; seu gratiam includente; vel eam concomitante; quo modo semper justificantur homines per charitatem. Concilium vero Tridentinum; nil aliud intendit; quam definire hominem in justificatione accipere charitatem & reliqua dona; nec enim intendebat questionem hanc scholasticam definire; sed id solum quod negabant Hæretici. Imo eodem loco cap. 11. de iis loquitur Concilium ut distinctis; uti vidimus. Præterea; cum loco ab adversariis citato dicat Concilium homines justificari dum per Spiritum sanctum charitas diffunditur in cordibus nostris; significat charitatem non esse ipsam justitiam; sed solum cum ea se habere concomitantem.

Charitas
est mors criminum; vita virtutum; anima sanctitatum; meritum; in peccatis suis mortuorum suscitatur.

Elogium Charitatis
Charitas est mors criminum; vita virtutum; anima sanctitatum; meritum; in peccatis suis mortuorum suscitatur.

III
Ostenditur necessitas distinguendi Charitatem à Gratia.

IV
De qua Charitate ut plurimum loquuntur Patres.

Nunquam docet Concilium Tridentinum Charitatem non distinguere à gratia.

SECTIO SECUNDA.

Proponitur sententia gratiam non distinguens à charitate.

PI
Sicut magis
negant magis
Gratiam
distingui à
Charitate.

CONTRARIUM nobis hoc in parte tenet Scotus in 2. d. 17. quem sequuntur Scotistæ: Durandus etiam cum Nominalibus; Bellarminus lib. 11. de gratia & libero arbitrio; cap. 6. Martini hic; Coninck Disp. 21. de actibus; dub. 72 & alii ex recentioribus; Primum quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate.

II
Argumenta
constantem

Secundo; quod omnia que tribuuntur gratia tribuantur in Scriptura etiam charitati; ut reddere Filios Dei; justificare; regenerare; reddere gra-

Dices: actus dilectionis supernaturalis Dei super omnia justificat; ergo & habitus. Primum negari potest consequentia; & dici actum dilectionis esse perfectiorem suo habitu: Secundo negatur antecedens; tum quia Scriptura sæpe innuit remissionem peccatorum esse novum beneficium; etiam posito actu supernaturali charitatis; & contritionis: Deinde in Concilio Tridentino sessio 6. cap. 6. & 7. amor Dei dicitur esse dispositio ad justificationem; & alia hujusmodi; que Deo dante ex professo latius profectur in materia de poenitentia.

V
Neque aliter
neque habitus
charitatis
justificat.

